

23
9.24 num. 29. 1277
DISPVUTATIO SOLLEMNIS IVRIDICA
DE
MAGISTRATV ET IVDICE
AD DAMNV DOL CULPAVE
DATVM RESARCIENDVM OBSTRICTO

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPPE
ET DOMINO
DOMINO FRIDERICO II
HASSORVM LANDGRAVIO REGN. RELIQUA
ILLVSTRI IVCRECONSVL FORVM ORDINE CONSENTIENTE
PRAESIDE
D. IO. ANDREA HOFMANNO
ANTECESSORE IVRIS P. O.

ET
H. T. EIVSDEM ORDINIS DECANO
FAVTORE PIE COLENDO

PRO
LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVCRE HONORES
ET PRIVILEGIA CONSEQVENDI
SUBMITTET

DIE XIII MENSIS IUNII CCCCCCLXX

AVCTOR
CAROLVS GUILIELMVS PROLLIVS
HOFGEISMARIA HASSVS.

MARBURGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.



DISPATATIO SOLEMNIS IARIDICE

DE

AGRESTA ETIADICE
IN DYNASTIA DOLCI CAVAE
TUTA RERUM RERUM QUITATO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
GRANZIMO AC MORTALIO PRINCIPALE

DOMINE FREDERICUS II

AGRESTA HONORIO

SI DE ORDINI REGI
VIRUS SIE DO VOO

FICINTIA

SIMBOS IN VITROBAR VICE HONORES
ET TERRITIA VITRIVELLA VENITI

GALLOPS CALIGAS PROPIAS

AC TERRIBILIS HORROR

EX OREGINA ZEUGOANTHEA

AC ERS VERS MULTRUM



**IUDICIS REQVISITA IPSA SVFPEDITAT RECTA
RATIO.**

 Inter omnes fere moratores saltem populos illud omni retro aetate expeditum fuisse constat, arduum iudicis munus viros desiderare morum honestate, et doctrina praestantes. Germanos praesertim si respiciamus, recte iam monuit vir post fata celeberrimus CHRIST. GOTTL. BUDER a), Teutones iudicem non alium constituisse, nisi quem virtus, natale solum, vitae genus et sapientia praelatis eminentiorem fecit. Cuius rei ratio non est e longinquo repentina. Postquam enim homines in societas ciuiles eum in finem abierunt, ut beatam, commodamque vitam agerent, quae in statu naturali aegre obtineri poterat; in statu enim naturali, ut magni atque illustris Viri illius IUST. HENN. BOEHMERI b) verba nostra faciamus, quilibet erat utilitatum suarum arbiter et mo-

A

derationis

a) in diff. de iudicium duodecimum
valibus populorum Septemtrionalium et
Germaniae, elegantissima § 34,

b) in diff. de Suprema lege ecclesiast. Vol. I iuris eccl. protest praemissa § 2.

derator, quilibet ut plurimum sua tantum quaerebat, de aliorum salute parum ferme sollicitus; salus reipublicae omnium ciuitatum est lex suprema, ad quam conservandam omnes merito suas curas applicare debent. At vero quomodo salus reipublicae aliter conservari potest, nisi essent iudices aequi, probi, ea, qua opus est, lites dirimendi facultate praediti, qui iustum in societate tuerintur. Quod dum verum est, ut verissimum esse omnes, opinor, contendunt; vix moneri opus est; sponte enim liquet, ipsam rectam rationem iudicem non alium agnosceret, nisi I) virum probum, qui id, quod incumbit officium sine ulla personarum acceptione praestare velit, II) habilem, iuris peritum, qui iudicio et subsidiis, sine quibus causae cognitio fieri non potest, haud est destinatus.

§ II

QVIBVS ET ALIA ADDIT LEGVM AVCTORITAS.

Haec, quae ex ipsis rectae rationis principiis derivauimus, iudicis requisita agnoscit et legum nostrarum auctoritas. Quemadmodum enim furiosum, impubrem, aliasque ipsa natura a iudicis munere subeundo excludit, ita et eos huius officii incapaces declararunt tum Romanorum, tum Germanorum leges sapientissimae. Neque vero existimes, velim, hic modo leges romanas, instituta pontificum, et constitutiones germanicas substituisse. Notissimum enim est, alia, quae recta ratio ignorat, tum ius patrium, tum ius ciuale, tum ius canonicum addidisse. Quod ut exemplis illustremus, ius ciuale minores 18 annis c), omnesque eos, qui ciuali munere ex legum dispo-

c) Lex 57 r. de re iud. cui et ius pontificium accedit C. 41 de off. et pot. iud. deleg.

dispositione fungi nequeunt, ut feminas d), a munere iudicis
tuendo arcere quis ignorat? Sic vt, aliud exemplum ex
iure germanico desumamus, certissimum est, iudices ex
indigenarum conciuium numero eligi debuisse, quod ex-
emplis illustrat vir inelytissimae claritudinis BVDER e),
quin imo necesse fuit, ut quisque a iudice sibi statu ae-
quali, quod pluribus confirmat celeberrimus Praeses,
quem pia mente semper prosequor f), dijudicaretur.

**§ III
IVDEX DEFINITVR.**

Eft vero iudex persona publica auctoritate ad iurisdictionem exercendam constituta. Siue si mauis: persona babilis iuris dicandi, auctoritatemque suam interponendi causa, publica auctoritate constituta. Cuius definitionis rationem vt reddamus, primo monendum est, iudicem vel ea ex cauſa habilem esse debere, vt de facto cognoscere et secundum leges illud dirimere queat. Secundo, necesse est: vt publica auctoritate constituatur. Cum enim rem publicam tueri et conservare sit penes imperantem; tranquillitas vero reipublicae interna aliter fere seruari nequit, nisi iudices sint, qui iustitiam administrant, nemo non concedet: praecipue imperantis esse, iudicem denominare. Tertio, tenendum est, iudicem eum in finem constitui, vt iustum tueatur, suamque auctoritatem in aliis negotiis, quae ad iurisdictionem voluntariam spectant, interponat. Notissimum enim est: iudicem in actibus tum contentiosae, tum voluntariae iurisdictionis intercedere debere.

A 2 § III

d) Lex 12, § 2. de iudicis cert.
e) l. d. § 39.

§ IIII

OFFICIVM IUDICIS DESCRIPTIVR.

His praemissis, facile nunc erit: officii iudicis genuinam definitionem indagare. Per quod quippe intelligimus obseruationem obligationum in exercenda iurisdictione iudicii incumbentium. Obligationes vero iudicii implendas praescribit tum recta ratio, tum legum et consuetudinum auctoritas. In officio iudicis vero exquirendo si rite versari velimus, ante omnia institutorum germanorum, prouincialium et obseruantiae ratio habenda videtur.

§ V

OFFICIVM IUDICIS ROMANIS QVID DENOTAVE-
RIT ERVITVR.

Antequam vero rem nobis hoc loco propositam aggrediamur, exquirere iuuabit, quid Romanis officium iudicis fuerit? Quod verbum dum notamus, recte iam dū monuit vir post fara celeberrimus, IVST. HENN. BOEHMER g) huius vocabuli natales ex stoicorum philosophia arcessendos esse. Iam vero, quum plerosque iureconsultos stoicae philosophiae addictos fuisse, tam certum sit h), quam quod certissimum, mirandum non est, iuris sacerdotes hoc vocabulum in iurisprudentiam introduxisse. Erat autem officium iudicis ex mente Romanorum actio iudicis, definitio BOEHMERO i), quatenus ad normam aequitatis naturalis composita est, nec expresse formula praescripta hoc inbeat, nec litigantes id

g) in iure eccles. protest. L. I. Tit.

32. § 32. iudicis. In lib. vii (2)

h) EVERHARD. OTTO de pot.

ca iureconsult. philosophia, IO. GO-

THOR. SCHAVMBVRG de iuris-

prudentia ICtorum Rom. Stoica.

i) l. d. §. cix.

urgeant, nec in obligatione expressa ea de re cautum sit.
Ad quam definitionem explicandam disceptationis foren-
sis apud Romanos visitatae forma hie inspicienda erit. Prae-
tores nempe ipsimet lites regulari modo non diremerunt,
sed actiones modo, vel formulas, quibus experiendum
fuit, praescripserunt, et judices pedaneos, qui de re
cognoscerent, et sententiam ferrent, dederunt. Horum
vero iudicandi potestas interdum arctis limitibus fuit cir-
cumscripta, interdum liberius eis procedere licuit. Et
illud quidem in negotiis stricti iuris; hoc vero in nego-
tiis bonaे fidei, quorum eventus praevidere non potuit,
obtinuit. In negotiis vero stricti iuris formulam proceden-
di praescriptam egredi non potuit index pedaneus. Vnde
nunc facile intelligitur: ad officium iudicis negotia bonaе
fidei, non eodem modo stricti iuris pertinuisse. Quae
quum ira sint, quisque vel me non monente intelliget:
officium iudicis fuisse actionem iudicis pedanei, non ma-
gistratus juris dictione praediti, ad normam juris naturae
civilis, et acquisitatis directam, compositamque.

S VI OFFICIVM PRAETORIS EXPLICATVR.

Nolim vero confundas cum officio iudicis pedanei
officium Praetoris. Quidquid enim ad praetoris cogni-
tionem pertinet, circa id praetoris officium versari di-
stum fuit. Extiterunt enim certa negotia, vbi praeator
ex legum praescripto agere obstrictus fuit. Sic notissi-
mum est: praetorem cognoscere debuisse, an actio con-
cedenda, an deneganda sit? Saepius enim actio non da-
batur, nisi causa cognita k). Porro ad officium praeto-
ris pertinere existimatum est: omnes causas, in quibus

A 3

expresse

k) L. 2. § 5 ff. de delo.

MMLV A. 3. (1)



expresse actio non fuit prodita. In quem censum recte referuntur, v. gr. minorum restitutio in integrum, de qua nocibili modo dicitur in L. 24 ff. de minoribus. Ex hoc edicto nulla propria actio, vel cautio proficiuntur. Totum enim hoc pendet ex praetoris cognitione. Plura hac de re differere nec vacat, nec lubet. Sufficiat hic laudatum BOEHMERVM 1), qui pluribus rem eleganter excusit, citasse.

§ VII

**AD IUDICIS OFFICIVM AEQUE SALVS REIPVBLI-
CAE CONSERVANDA PERTINET.**

Vt itaque ad institutum nostrum nunc revertamur, mitcamus has Romanorum delicias, quippe quas vno tantum verbulo meminisse satis esse viderit. Ex eis vero, quae disputauimus, omnes, vel me non monente, magnum inter officium iudicis hodiernum, et romanum discrimen intelliger. Vnde hic illo enarrando supersedere liceat. Nobis adhuc superest, eos, quibus iudicis officium circumscribitur, fines accuratius explorasse. Et generalis quidem regula est, iudicem ante omnia salutis publicae rationem habere debere, quod et iam monuit BOEHMER m), cuius rei ratio ex ipsa iudicium constitutione deriuanda est. Cum enim omnium societatum primus fuerit finis: vt commodam agerent, beatamque vitam (§ 1), facile est ad intelligendum: hunc aliter impetrari non posse, nisi salus reipublicae, quae omnium rerum publicarum suprema lex merito habetur, a iudice conferuerit.

§ VIII

1) I. A. § III.

m) I. Z. § 32.

§en VIII.

**VNDE A IVDICE DAMNV M MANIFESTVM AVERTENDVM
EST.**

Quomodo autem salus reipublicae conseruari potest, nisi damnum, quod manifestum est, auertatur? Et recte iamdum obseruauit V. A. IVST. CLAPROTH n), iudicis officium circa damnum auertendum diuersum esse. Aliis enim iudex non imploratus prospicere teneatur, quorum in numerum, inter alios, recte referri merentur pupilli, minores, furiosi, piae causae o), personae miserabiles p), princeps, resppublica cet. His personis adeo consulendum esse censetur, teste viro, quem vix laudauimus, IVST. CLAPROTH q), ut damnum nequidem, quod latet, patiantur. Aliis vero personis non nisi imploratus consulere debet iudex, licet damnum, quod patet, ab omnibus ciuibus auertere iure teneatur. In quam quidem viri doctissimi sententiam et ego eo libentius traneo, quo certius est: ipsam aequitatem nobis adstipulari; illud tamen addo: hoc ita intelligendum esse, si alteri ius non fuerit quaesitum, atque a legibus adprobatum.

§ VIII

**NEQVE IPSVM IVDICEM DAMNV M INFERRE
OPORET.**

Quae quum ita sint, facili negotio et illud alterum expedire licet, iudicis nimirum esse: damnum eis, quibus praefest, non inferre, vti in antecedentibus ostendimus (§ I, III, § VIII), iudices videlicet ab imperante eum in finem

n) in iurisprudentia extra iudiciale p) GAILL lib. I, ch. I, n. 40.
p. 15. seq.

o) BOEHMER l. c. § 20. q) l. d.

8

finem constitui, ut iustum et aequum in societate humana et ciuili tueantur, suamque auctoritatem in iurisdictione exercenda interponant, atque eo prospiciant: ut omnia perfecte et legitime siant, contrahentes, et transigentes plenissimam securitatem nanciscantur; ergo dolum et fraudes auertere debent, idque agere tenentur, ne quis iniuritus iure suo priuetur. Quia vero ratione hoc quod incumbit, officium implebitur, si ipsi iudices suis subiectis damnum inferunt, fidem publicam violant, sive dolo, sive culpa, aut imperitia, negligencia, aliquo modo? Quemadmodum vero naturalis ratio inculcat, ut nemo alterius dolo, culpaue decipiatur, ita multo minus dolo, aut culpa iudicis neminem defraudandum, aut circumuenientium esse per se pater. Hinc aequissimam hanc iuris naturalis rationem ut damnum, quod quis, dum auertere debuit, dolo tamen, sive culpa dedit, resarciantur, in omnibus etiam negotiis ad culpam iudici iure imputandam et laesionem ab eo illatam applicari posse, tam certum est, quam quod certissimum.

§ IX
TVM IN ACTIBVS VOLUNTARIAE IURIS
DICTIONIS,

Quibus praesuppositis, vel verbulo saltem indicatis, ad specialia nunc erit progredendum. Et primo quidem officium judicis in actibus iurisdictionis voluntariae, damnumque ex imperitia in his interdum obueniens hic contemplari licebit. Ante omnia vero inter eam iurisdictionem meram et mixtam hic distinguimus, et cuiuslibet actus

r) de LEYSER in med. ad ff. Spec. 343, med. 1, HAHN ad WESENBEC. tit. de mag. conuenien-

dis, CARPZOV p. II, const. II, def. 41, n. 10, aliquae.

Actus in certas classes distribuere iuvat. Quod ad iurisdictionem voluntariam mere talem attinet; I) alii sunt actus, quorū vigore et stabilitate ex forma a legibus praescripta iudicis auctoritatem expectat; II) alii reperiuntur, qui praeter obligationem legalem absolutam auctoritatis et fidei publicae gratia, coram iudice peragendi sunt iurisdictionis vero voluntariae mixtæ causæ cognitionem aliqualem requirent actus sunt, modo, qui in eorum, qui rebus suis superesse nequeunt, fluorem vengunt, modo, qui utilitatis publicæ finem intendunt, modo, qui favorem liberorum prioris thori respiciunt, modo, qui utilitatem priuatam attinent.

S. XI.

HORVM IN NUMERVM REFERTVR I) CONFIRMOBVS IN BOMINIS (MATIO HYPOTHECAE.
Primum hoc loco est, ut quaedam negotia iudicis auctoritatem, investigationem, curam, fidemque publicam expectantia, enumememus. In horum numero primas fere tenet confirmatio hypothecæ, cuius ratio in fidei publicae praerogativa et conservazione ponenda est. Nam notarium est, secundum instituta Germanorum confirmationem hypothecarum in rebus praesertim immobili bus coram iudice competente constituantur necesse erat esse, quod ex ipsis iuribus, statutisque provincialibus viri celeberrimi FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHTIVS s), IOANNES FRIDER. WAHLIVS t), GABRIEL

B SCHWE-

tib. distillateis. Thes. 11. 214
is de pignore publico Tub. 1714
in eiusd. diss. Vol. 1. num. 27.
t) de validitate et effectu iuramenti
domini et hypothecæ in securitate
§ 26, p. 18 seq.

SCHWEDERVS u), aliquae satis probantur. Hinc et iudicis officium circa confirmationem hypothecae certis circumscrimitur limitibus, quos index debet obseruare, alias damnum, quod inde inferatur, resarcire tenerat. Quod va adcuratius determinemus; praincipia, quae hic notanda sunt, addere operae pretium erit. I) dispicere; num personae facultate rum naturali, rum ciuili, ad hypothecam constituendam gaudent, nec ne? Vnde recte concluditur; si index eiusmodi personas, quibus ius in re sua constituendi non est, poneat, in fraudem aliorum admisit, earumque negotia invalida rata habuit, quibus aliis culpa sua iactura facta est, cum ad illud damnum reparandum in subsidium teneri. II) Debitorem adesse oportet, qui in hypothecam constituendam consenit. Creditorum enim sine debitore hypothecam expressam sibi constituere non posse, constat inter omnes, nisi debitor, ut recte monet **IUSTVS CLAPROTH V**), eiusmodi hypothecae, antea promissae confirmationem detrecteret, quo factio index imploratus, praevia causa cognitione et comminatione praejudicii, in consummacionem debitoris hypothecam promissam recte confirmat. III) iudici inquirendum est, utrum hypotheca creditori (s)lvia existat, et sufficiat? quem in finem librum hypothecarum index inspicere tenetur, ex quo colligere potest, num aliis iam cum creditoribus res hypothecae loco constituenda obligata sit, nec ne? si prius est, videndum erit, an et huic creditori res adhuc securitatem praestare queat? si postea

JOANNES RIDER MATHIAS E) GABRIEL SCHWEDE

u) de auctoritate publica in pignoris et hypothecis constitutis ngecellaria, Tüb. 1716, in **EIVSDM** vol. II p. 311 legg. vti peritius et magnifico **IO. GE. ESTO.**

RIS bürgerl. rechtsgelehrte der Teutscheng. dom. praefect. publici imis facta, P. II. 3. 1923. legg. P. 493. 1999. P. III. 3. 1816. P. 803. legg. V. 1. c. 5. XXXV. 1. p. 45.

rius inuestigandum est, an pecunia mutua danda ex hypothece creditori sine vlo damno restitu possit? hunc in finem taxatores ad sint necesse erit, qui rem hypothecae subiciendam, eiusque iustum pretium definit, quo facio, creditoris securitati facile prospicer poterit. Sicut enim iudicii caendum est, ne creditor vlo modo decipiatur, ita et eius officium postulat, ne ea pecuniae summa, quae hypothecam exaequat, sed multo minus mutuum detur. Huius rei ratio in promtu est. Cum enim pretia rerum modo augeantur, modo minuanter, creditori profecto non consultum foret, si pecunia mutuaria rem hypotheca onerata vel superaret, vel exaequaret, damnum potius creditorimmineret, cum facile euenire posset, ut minuto hypothecae precio vix ipsa sors mutuo data posset exsolui. Quoniam vero et hoc in negotio dubitatio saepius incidere solet, in quantam pecuniae mutuandae summam judicis auctoritas interponenda sit, legibus prouincialibus variis sanctum, cautumque legimus, ne iudex ultra unam, duas et tertias, siue diuidium rei oppignorandae pretium in hypotheca constituenda consensum impetratur. Inter eas prouincias, quae saluberrimis hisce legibus gaudent, referre liceat praecipue Saxo - Coburgenses (v), altenburgicas (x), gotha-

w) probant hoc rescripta circulalia. In die 7. decembr. 1729, et 10 mar-
tii 1730 in publicum prodita, vbi
domino directo imangitur: das fah-
rohin, bei strafe des lehnherren selbst
eigener entgelitung auf kein gott
oder thuck mehr, als was das dritte
theil des von dem possessor davor
bezahlt kauffchillings, oder des
prei, wofür es im tauch, oder erb-

B 2

Rudgutdahl. 1732 sib. b. 1.
theilung angenommen, zuweisen,
consens ertheilet werden solle. Quod
et praefudicio quoddam illustrat vit
celeberrimus I. T. KOBIVS in com-
mentatione lectu digna de pecunia
mutuaria tuto collocenda § 124,
§ 125, not f.
x) conferas, si placet, die Sachsen-
Altenburg landesordnung, que pro-
mit 1750, Vol. II, pag. 273 seq. vbi
verbis

nas y), vinarienses z), hildburghusanas a), brandenburgenses b), culmbacenses c), et hassiacas d) terras, quae merito primo omnium loco mihi nominandae fuisseant. In his, quae leges prouinciales inculcant e), et iudicis officio praescribunt, ab eo rite obseruandis, is facili negotio cognoscet, qua ratione, num simpliciter, an sub ceruis limitationibus hypothecae confirmatio concedi queat, nec ne? Quid vero, si iudex in hypothecam, quae

verba sic se habent: bei erbgütern keine confessio über zwei drittheile des wahren werthes der gütter aufzustellen, mit der ausdrücklichen combination's das, im fall durch den besprochen, oder gerichte hierunter behöchende nachlässigkeit, oder vergehen einem creditori nachtheil zu gezogen würde, sie dafür in proprio zu lassen, und deshalb den erlaß zu thun gehalten seyn sollen.

y) vid. ordinatio prouincialis P. II, n. 2, § 17; cuiaddas, velim, constitutionem pecul. d. 28 oct. 1726.

z) Constitution, quae prodicit die 4 mensis aug. 1727: das die gerichte, wenn die creditores, welche confessio erhalten, nicht bezahlt werden können, solchen die Zahlung leisten und sie schadlos halten sollen.

a) vid. die Sachs Hildburghausische verordnung von proceſſo, gebrechen die 30. mensis jan. 1747 promulgata, artic. 16, p. 15, seq. vbi verba sunt: das keine obrigkeit über die haelfte des wahren werthes einen confessio, oder obligation austortigen, widrigenfalls über den gläubiger auf so hoch, als derselbe beim concurs leer ausgehen muss, allenthalben aus eigenen mitteln, auf denselbige

ganz summarische implorationen schadlos halten solle.

b) videatur das koenigliche Preuß. edict die 20. mensis mai. promulgatum, quod editum IO. PET.

LVDEWIG in den habsischen gelehren anzeigen P. II, pag. 307. vbi verba deprehenduntur: das eine feide obrigkeit, welche dem schuldner übermaessige confessio, oder confirmation ertheilet, denen dadurch gefährdeten gläubigern ersetzen soll etc.

c) in corpore confirmacionum Brandenburgico - Culmbac. P. II, vol. I, pag 243.

d) Magistris et perillustris Cancellarii, sutoris istie colendi IO. G. ESTORIS rechthegelheit der Teutschen P. II, pag. 160 seq.

e) Lex hassiaca die 29 mensis dec.

9 mensis Ian.

1732 edita von kauf- -tousch- und schenkungabriefen, wie auch schuld- oder pfänderschreibungen - habschafts- und dergleichen contraten cor. § X. verba lequentis exhibet: so oft si h. jemand um ausfertigung eines kauf- oder verkaufsbrieſes, sonderlich aber einer obligation, und pfänd-

non est idonea; simpliciter consentit, siue ex dolo, siue ex culpa, nonne ille ea re conueniendus, et in subsidium aduersus eum agendum erit? Omnino! Idem recte adfir-
mant MELVIS f), SCHILTERVS g), aliique, ex ea ra-
tione, cum iudex officium suum negligat, et violet, cre-
ditorque fidem et auctoritatem iudicis sequutus, hoc iu-
dicis facto sua spe, et fiducia frustratus decipiatur, cuius
tamen consensus et confirmatio ideo desideratur: vt secu-
ritati creditoris satis prospiciatur. Neque est, vt hoc lo-
co, anxie discutiamus, num iudex ad damnum resarcien-
dum teneatur, si interroganti creditori respondeat: hy-
pothecam fore idoneam. Hoc enim ex eisdem princi-

B 3. piis

... pfandverschreibung angiebt, sollen
die beambte, oder gerichtsherren,
oder ambtsföhrende burgermeister
das in nachstvorhergehenden beiden
artickeln gemelde buch nachschla-
gen, und zuheben, ob etwa das,
oder die zu alieniren, oder zu ver-
schreiben gewillte stücke bereits
vorhin anderwärts veraußert, ver-
pfändet, oder sonst afficirer feynd.
... unterheasset er aber folches,
und avertiret den creditorem, kauf-
fer, oder ertauscher nicht, so loll der
beambte, gerichtsherr, oder burger-
meister, oder deren erben, dem ad-
quirenten, oder creditori eisdem in
subsidium für capital, interesse, ko-
sten, und schaden stehen, und ihre
parastele mittel vom dato der zweiten
verschreibung an, dasfür haften cet. cet.
Quod ad clausulam confirmationis
statuet, hypothecam Principi, ma-
gistratu, et cuiuscunque terrio iam
competentem creditori a iudice de-
nunciandam esse obseruat I CLAP-
ROTH l. c. § 29. Hinc instrumen-

to super hypotheca confessio eam
formulam interendarum esse praeci-
piunt pragmatici: es wird die ge-
betene confirmation, salvo tamen fe-
renissimi principi, magistratu et cu-
iuscunque territorie, hiermit erthei-
let. Haec vero clausula miti plane
superflua videtur. Hypotheca enim
principi, magistratu, aliquo iam
obligata creditori vel idones est, vel
inidones. Sin idones est, quanquam
inde resultat utilitas? si non est ido-
nes, haec clausula iudicem et magi-
stratum non liberat a reparatione
damni creditoris illati. At obicit for-
san, iudicem, dum hanc formulam
omittit, pignori principi, magistra-
tu, aliquo competens remissio vi-
deri. Neuriquam! Satis enim testa-
tur publicus hypothecarum catalogus:
hypothecam non esse remissam. Et
qua etiam ratione iudici licet principi,
aliisque creditoribus hypothecam
legitime quæstiam remittere?

f) Part. VII, decis. 142, n. 5.

g) Exercit. ad x. 37 § 200, lit. a.

piis satis liquere puto. Consentaneum nobiscum (BERDIT
CHIVS h), HENR. HILDEBRANDI), aliquis ab eo
excitati, qui iudicem ex assertione sua obligari contine-
dunt. Quodsi vero hypothecaa iudice rite constituenda est in
III) requiritur: ut debitori fiat praelectio, et declaratio
congrua, cuius quippe interest, nosse, quid agatur, non
ex ignorantia his in negotiis saepe obtia obstringatur, et
laedatur. Hinc semina intercedens, aut fideiubens, hy-
pothecamue constituens, aliaque persona imperita de be-
neficiis juris certior reddenda est, quibus rite et legitime
renuntiare tenetur k). Explicatio vero, quae vulgo cer-
tioratio dicitur, a iudice omissa, quam creditor legitime
factam esse arbitratur, iudicem ad damnum inde resul-
tans reparandum teneri, iuri, atque aequitati consentia-
nem esse videtur l). Hanc enim negligens, creditor
iaeturam facit, contra officiam suum impingit, adeoque
ex negligentia, culpaque sua obligatur. V) Agnitio te-
noris et subscriptionis a debitore, vel ea ex causa neces-
saria videretur, ne postea se deceptum esse, sequi id,
quod actuum esset, non intellexisse contendat. Cui ex-
ceptioni a debitore forsitan opponenda est ut obuiam eatur,
iudicis est: praeuia exploratione dubias conuentiones ma-
gis expondere, superfluas reiicere, iriquas et iniustas re-
probare, omislas, sed necessarias, adiucere m). Hoc

h) Part. II, concl. 62, n. 69.

i) in diss. de contentio hypothecae tam magistratu, quam fendi do-
mino nocivo et non nocivo cap. 2,
§ 12.

k) IO. SAM. STRYK de certio-
natione iurium renunciand. cap. I,
num. 17 seqq., cap. II, num. 2
seqq., cap. III, num. 15 seqq. Ea-

certioratio non praesumitur, sed
probando est, IDEM L. d. cap. III
num. 4 seqq.

l) STRYK L. m. cap. V. num.
12. 17, KOBE L. d.

m) Hinc formula confirmandas hy-
pothecae haec plerunque esse solet:
demnach vorstehende schuld- und
pfandverschreibung von dem debi-
tor

2

verò iudicij licere nemo negabitur. Cum enim reipublicae
intersit, et intentioni partium utique consentaneum videa-
tur, ut negotia rite et secure fiant, iudicis officium uti-
que postulat, ut ea omnia, quae circa negotium valoris
et securitatis causa partibus scitu sunt necessariae propon-
natur. Hinc salus et securitas ciuium publica, cuius
conservatio ad iudicem primum spectat (§ 7), eidem in-
culeat, ut ea, quae stabilitatem negotii et litium amputa-
tiōnēm attinent, partibus exponat. Quae quum ita sint,
quis non concedet, iudicem, quum investigationem ne-
gligat, omittatque, officio suo non satisfacere, ideoque
si damnum inde peruererit, ad illud reparandum adigi
posse? VI) integrum instrumentum, sive potiora eiusdem
capita libro hypothecarum publico inserenda sunt, ideo
quidem, ut ad hunc recurrī queat, quando de pignori-
bus et hypothecis debitoris bona onerantibus quaestio
mouetur. Vnde non inepte concluditur, si hypotheca
in publico hypothecarum libro non fuerit notata, et
postea creditor damnum incurrat, iudicem iacturam il-
lam ferre debere, id; quod ex eisdem, quae iamiam ad-
seruimus, principiis adeo abunde apparet: ut dicta ea re-
petere huius plane loci non esse videatur.

S XII

2) CONFIRMATIO ENTIONIS VENDITIONIS.

Nec est, quod quisquam dubitauerit, quin in con-
firmatione entionis et venditionis a iudice peragenda offi-

cium
tore und dessen chefrouen ad confir-
mandum übergeben; beide nach ge-
schäftsspiel vorlesung und erkläzung
deren inhalt genehmigt, signata und
manus agnoscunt, die chefrou auch
ihren weiblichen beneficiis und zwar
der auch, si qua: mulier, (mitteilt:

coerperlichen eides) entsaget; darne-
ben die parteien zu mehrerer erlaeu-
terung des § 3 angeführt: das cer-
ter § 7 aber ex officio verworfen,
und die munzforte auf alte Louisdor
a s rthr. hessischer wehrung (oder
cassa-geld) bestimmet cer.

cium iudicis suos habeat limites, quos egredi nefas est.
 Iudici igitur incumbit, pr. 1) inquirat, num facultas alienandi venditori competat, aut ea deficiat, aut saltem restringa reperiatur. Est enim regula generalissima; reipublicae interesse, ut negotia legitime, recte, et secure ordinentur. Hinc iudex omnes eos, quibus bona alienare non est permisum n^o, ad venditionem admittere non debet; ne emtor, qui bona fide agit, spe sua fallatur, damnumque iudicis op^e, incuriae incurat. Si vero a iudice diligentia debita non adhibetur, detrimentumque infligitur emtori bona fide agenti; nemo non concedet, iudicem ad damnum, incuria, atque negligencia, licet non malitia, et maligno ex proposito datum resarcendum obligari. Iudex enim, dum id, quod facere debet, omisit, et damnum intulit, recte conueniri potest (§ VIII). II) Iudex catenat, ne emtori eripiatur facultas acquirendi. Cum enim haec emtio et venditio publica peragatur auctoritate, atque emtoris intersit, ut rem sibi habere licet, iudicis est emtori prospicere; ut rei emiae dominium adsequi queat. Vnde, quanto et in hoc negotio iudicis solertia requiratur, satis adparet. Hinc III) iudex dispicere tenetur, verum et res, quae vendenda est, alienari queat? Quodsi enim iudicis inconsiderantia factum est, ut res, quae alienari, vendique plane non potuit, emtori bona fide freta vendita ab eo postea ei vinceretur, non est dubium, iudicem ad damnum resarcendum in subsidium teneri. III) Requiritur: ut tum venditori, tum emtori, in praesentia fiat praelectio et declaratio.

IV) Quidam vero sint illi, quibus

alienandi potest, non est, hic non

consestatimur; hoc enim cuique no-

tum esse suppono. Ceterum legas

IVST. CLAPROTH in prudensiam

et in praeceptis suis de causulis dicitur hoc fieri
ut si unius ibidem et aliud eadem causa
beurenascantur, qui §. 275 p. 599 et
p. 600, plura hanc in rem communi-
catur.

o IVST. CLAPROTH in iuris
extra iust. §. 37.


seu certipratio, ex ea ratione, ne alterius se deceptum esse dicat. (V.) agnitionem tenoris et subscriptionis; praevia explicatione, ab emtore et venditore fieri debere; non est, quod latius ostendamus. (b) Quies quam ita sint, haud difficulter intelligitur: praelectione, certioratione, agnitione tum tenoris, tum subscriptionis, omissa, damnum iudici imputandum esse, quod ex principiis (§ VIII.) positis, satis liquere arbitramur. (VI.) His praemissis, emtionis et venditionis confirmatio aut subsequitur, aut a judice ex iustis causis denegatur. Si enim iuste iudex eam denegaverit, damnumque modo positivum, modo priuatum emtori inde obueniat, iudicem damnum ferre debere, ratio naturalis satis inculcare videtur. (VII.) Ematio, et venditio in libris publicis notanda est, ut si de vero rerum immobiliis possessore quaeritur, hos inspicere cuique licet.

§. XXIII.

CONFIRMATIO OMNIVM CONTRACTVM ET NEGOTIORVM DOMINI TRASLATIVORVM.

Quae de emtione venditione secundum instituta Germanorum differuimus, eadem fere circa alia quaecunque negotia dominii, quod ad res immobiles translatiua obseruanda esse, certissimum est. Et guidem quod ad contractus dominium transferentes attinet, noruanones, hos plerumque emtionis et venditionis vicem subire. Sic permutatio, datio in solutum, atque, quae hic et narrare non vacat, emtionis iure quodammodo vii videntur. Hinc permutans diverso respectu cum emtore et venditore, atque is, qui rem in solutum dedit, cum venditore, qui accepit, cum emtore comparari poterit. Reliqua vero negotia, quibus dominium in alium transferratur, vt v. g. contractus emphyteuticarius, hereditatis diuisio-

C



fio p) aliaque, si contemplamur, quis nescit; ea pleraque in plerisque territoriis publica auctoritate celebranda saltem confirmanda esse. Quae cum ita sint, iudicis officium est ea omnia animaduertere, quae ut negotia rite et secure ineantur, requiruntur. Hinc I) disq) rendum est, num personis sic alienandi potestas; II) cauendum est iudici, ut is, in quem dominium transferendum est, illud adquirere possit; III) ut res alienari queat; III) praevia exploratione, atque inuestigatione eorum, quae circa negotium rite, valideque inveniendum monenda sunt, praelectione atque explicatione, sive si cum aliis loqui placet, certioratione quo opus est; agnitio tenoris, et subscriptionis documenti a partibus confecti atque iudici exhibiti suscipienda necessaria requiruntur. Quae omnia si rite peracta sunt, iudex haud difficulter prospiciet, verum confirmatio, quae negotio suum, qua caret, valorem largitur, concedenda sit, sive deneganda? et quidem, si prius contingit, accedat tandem, ut negotium confirmatum libro publico interatur. Atque haec sunt praecipua, quae iudici obseruanda, incumbunt, quorum

altero
excessum est. Et si in fiducia, quae in his bonis etiam
p) Documenta enim super diuisio- da sit; heredes vero scripti sicut
ne hereditati confecta a iudice con- cestores incerti, quibus tanquam no-
firmanda esse dubium sapientis leges possentur extrahere, sine iudi-
provinciis. Quid vero si leges provin- ciales hoc de re silent? distinguunt non licet, cum his latonis legis, si
laudatus IVST. CEPROTUS in his contrarium fieret, plane emundaretur.
excessum. 178, inter heredes ab inter- q) Gerjorgerionem necessaria esse
stato, atque instituto; illos ad con- inter personas imperitas, probat IO-
firmationem instrumentorum obliga- SAM STRYK l. c. cap. I. n. 17,
ti; hos vero ad eam non teneri de- 18, 23. Ieq. quin in eo hanc facie
fendit, ex ea quidem ratione, quo- in constitutione Maximiliani I. von
niam heredes ab instito successo- nötig, anno 1500, publici juris
res certi sint, ideoque castorum facta. Nachdem die Verwillingung
confusio, quae eximias est legum in- der, continet, IDEM l. d. cap. 1,
hoc negotio finis, in eis non metuens. n. 20, ostendit.

22

altero alterone omisso, si damnum a iudice infertur, quis non crediderit, iudicem recte ad illud resarcendum conueniri posset homines bona, ne non esse abrogata nemini credimus eis ratione. Sup XLI. Et enim tunc est sensus.

40) CONFIRMATIO PACTORUM DOTALIVMUS C.

non quod successionem continentium. Quod multa
Quarto, huic recte referri potest confirmatio pacto-
rum dotalium, successionem coniugum praesertim ferent-
ium. Haec ad instituta pertinere germanica, constat in-
ten omnes. Non leue profecto in hoc negotio esse iudi-
cias officium, res ipsa docet. Et primum quidem, quod in
officio iudicis hic occurrit, hoc esse scimus; ut omnes,
quorum interest persona accieantur. Hinc non solum sponsa-
lum et sponsam, sive quod interdum accidere solet, ma-
rijum et uxoram, sed etiam parentes, tutores, interdum
et propinquos, ut citare debet index, qui suum in nu-
ptias liberorum et pupillorum consensum impertianur;
et hoc legitime facta, quod ad illatam dotem et donatio-
nem propter nuptias, eorum pacta conuenta audiat, ad-
noteque; II) personas despontatas habiles, quas neque
impedimentum ineundi matrimonium physicum, neque
morale, neque civile, a matrimonio cohibet, modo
admitat iudex; III) ipsa conventionum capita adcuratius
consideranda sunt, ne legibus prohibitiis, bonis mori-
bus, et, ut rem verbo complectar, iuribus matrimonii
aduersum quidquam constituantur, et deinde, ne ex eis,
quaes forsan circa dotem, donationem propter nuptias et
successionem incaute, iniuste et inique posita deprehen-
duntur, controversia oriatur. Hinc III) praevia explo-
sionis. Et quod cum: mibi BoCn2 rillo non esset ratione

41) GOTTLÖB AVG. IENICHEN 1740, 4, si que in supplem. ad LEY.
de necessitate tutorum et curatorum SERI medit. ad v. vol. XI, p. 25 segg.
conventu in sponsal, minorum, Lips.

ꝝ o ꝝ

ratione dubia explicanda et adnotanda, in qua rei cienda,
 ea, quae superflua sunt, reflecenda, et omissa, necessaria
 tamen, adponenda esse, non est, quod demonstremus; V)
 voluntate partium rite legitimeque adnotata eis omnibus,
 quorum resert, fieri deber praelectio; qui pactorum do-
 talium tenore agnito, ipsimet si possunt, subscriptionem
 interdum addere solent. Haec, quae dixi, tum obti-
 nent, si coram ipso iudice pacta dotalia inveniuntur. Quid
 vero iuris sit, si pacta dotalia antea iam confecta, a par-
 tibus subscripta fuerint? Tunc iudicis est, pacta praele-
 gere, pectorum consensum audire, ab eis agnitionem tum
 tenoris, tum subscriptionis postulare. Illud tamen hic
 notandum est, maioril circumspectione et cautione iudici
 opus esse, si pacta ab adiutorio forsan, atque confecta
 eius confirmationi offeruntur. Quotus enim quisque est,
 si hanc materiam vel primis modo labris degustauit, quem
 nam fugit, in confectione pectorum dotalium alteram,
 alteramque partem facile dantum incurrere, saltem excep-
 rum inculta tractatione lites acerrimas operi posse? Pone
 pectorum dotalium capita ita composita esse, ut mox per
 modum conventionis, mox per modum ultimae volunta-
 tis confecta videantur, ideoque in veramque partem tra-
 hi queant. Quinam expensas propter licet necessarias
 imputaueris? Iudicem recte continebas, cuius erat: rem
 accuratis examinare, atque intentionem partium libro
 publico inserere. Quae cum ita sint, licet nulli regu-
 las non praescribere, sed consilii loco hic adiicere. Pri-
 mum, iudex ante omnia pectorum dotalium indolem ad-
 curatius perscrutetur. Multum enim interest, nosse, se-
 cundum tradita nonnullorum doctorum: num pacta dota-
 lia simplicia, an vero, quamvis contra instituta Germano-
 rum, mixta, adpellari possint? Illa nempe per modum pa-
 Et


Et inita nullo iure reuocari posse certissimum est; haec vero per modum ultimae voluntatis confecta, reuocationi obnoxia esse nemō negāerit s). Qua vero ratione pactorum dotalium natura, vrum simplicia, an mixta intelligent coniuges, commode exquiri poterit? Forsitan ex formulis ibi obdenientibus? Neutquam! Obseruauit enim praeter STRYKIVM t) aliasque vir illistris, sautor, patronus et praeceptor, quem pie vēteror: AEM. LVD: HOMBERGK: 2Y VACH u), non verba (v. g. erben, succedire, zu gleichen theilen geben, auf den überlebenden fallen, haben, behalten, nichts heraus geben, sine verglichen, vereiniget, aliisque) pactorum dotalium indolem genuinam indicant; neque, eodem viro celeberrimo teste v), solus testium quinarius numerus probare videtur, pacta esse mixta. Quin immo addere licet, ex duorum testium numero demonstrari non possit; pacta coram iudice confecta esse simplicia. Licet enim praeiunctio hoc casu pro pactis dotalibus simplicibus militet; duos tamen testes pactorum simplicium solum criterium non esse, vel inde adpareat, quod et hodie testamentatorum iudice confecta a duobus testibus subscripta sustineantur? Hinc ex ipsa pacientium intentione, quaenam sint pactadorias num simplicia, an mixta? decisio perenda est. De qua ut optimè constet, iudex utriusque negotiū tum pactorum dotalium, simplicium, tum mixtorum indolem partibus explicet, ita quidem, ut eis nullum supersit dubium; quo facto, eorum mentem audiat, et si eorum intentio

ESTORIS bürgerliche rechtsgelehrt
der Teutschen P. I § 781-789, et
P. III § 781 seqq.

v) in dissert. de origine atque in-
dole distinctionis pactorum dotalium
in simplicia et mixta, eorumque teste
interpretatione, elegantissima, cap. II,
§ 4; sib

IVST. CLAPROTH in iuris
hebreumatica § 137, haec pluribus ex-
posituit,

CARPZOV P. III, Conf. 7,
def. 21, sive LEYSER in med. ad
Pand. sp. 308, med. 3, aliquie.
u) in cautelis contractuum neces-
saria, sect. 3, cap. 8, viri perillustris



tentio dubia est, eos ut adcuratius respondeant, adigat; deinde, in protocolo, sive libro publico hunc in finem constituto adnotet I) explicationem rite factam esse; II) hanc das tam esse ab utroque coniuge responsionem, et hinc III) vel le coniuges, ut valeant pacta dotalia vel in vim ultimae voluntatis, vel per modum conuentionis. Quae iudex dum obseruat, ei plane metuendum non est, ne ab altero, alteroue coniuges eorumque heredibus conueniatur ad damnum resarcendum, quin negotium sane arduum hoc modo rite et secure peractum conspiciatur. Quibus a iudice rite peractis, restat modo, ut tandem confirmatio accedit, et negotium libris publicis inseratur x), quod omittere nefas est.

§ XV

5) CONFIRMATIO UNIONIS PROLWM.

Haud immerito huius quoque loci esse videtur confirmatio unionis prolium, quae iudicis auctoritatem, vel ea praesertim ex causa desiderat: ne liberi ex altero, alteroue matrimonio progeniti damnum patientur. His enim personis a iudice ita consulendum esse, ne damnum quidem, quod latet, incurvant, supra (§ VIII) iam nota sumus. Hincare. Et iustus CLAPROTH y) officium iudicis hoc in negotio a modo arduo hac generali regula circumscribi posse existimat: *damnum, quodcumque, ut eiusdem verbis statim, omni meliori modo, a liberis auerterendum esse.* Quae regula quidem verbis paucis absolvitur, sed, si ipsi negotio applicanda est, innumeris difficultatibus obnoxia videtur. Erit igitur operaे pretium paulo adcuratius rem indagare, atque inspicere. Et primo quidem, ut in omni fere negotio,

x) vid. decisionum supremi tribunali appell. Hasso-Cassell. vol. I, decis. XI, p. 34, p. 35, decis. XC, p. 321 seqq. Formula, qua pacta

dotalia confirmantur, exhibet IV ST. CLAPROTH in *iur. extraz.* p. 43.

y) in *iurisp. extraz.* p. 229.

72

tio, iudicis est: personas omnes, quarum interest, citare, hoc quoque loco 1) adsinat necesse est, parentes, siue coniuges binubi, trinubue^z 2), liberitum maiores, cum impuberes, minoresue, horumque tutores et curatores a), nec non propinquai, et ii. quidem, qui gradu proximiores optima gaudent de rebus ad vniōnem pertinentibus, vel non, notitia b). Quum enim vniō prolium sit pactum successionis adquisiticium inter parentes, et liberos, diversi matrimonij publica auctoritate eo fine initum, ut cum liberis propriis successionis causa exaequentur, sponte liquet: eos omnes

huic

z) Sunt enim terrae, vbi et eis, qui certa vice nuptias celebrant, vniō nem prolium constitutere hact. Quorum in numero vidimus ducatum Francionis, prout testatur *die landger. ordnung des herzogthums Franken*, Part III, tit. 115, § 1, vid. quoque *reformatio Franco* P. III, tit X, § 9. Aliae tamen regiones vniōnem prolium plane prohibent, et divisionem praecipiunt, dum terram praincipiū complicitus matrimonium, ut in terris fuldensibus, de quibus testatur *die ordnung des sibylles Fulde* num. III, § 5 in prouincia iuliacensibus, prout liquet ex *confess. iuliacense* cap. 76, et in *comitatu Solmensi*, ut videre est in *dem Solmischen landrechte* P. II, tit. XX, § 1.

a) Tenendum hic esse puto, interdum tutores requiri, interdum eos necessarios non esse, sed sufficiat agnatos proximos, et hisce defientibus, viros probos a iudice citari. Hoc vero ex ipsis constitutionibus prouincialibus erendum est; si vero nihil cautele deprehenditur, necessarius esse ergo putaverim, eos accidere. Tutorum enim est in negotiis grauioribus contentire. Tutores requirunt, quin-

imo eos, si deficiunt, liberis consti-tuendos esse praecipiunt reform. *Francfurt* P. II, tit. 10, § 3, ordinatio *Coloniensis* P.I, tit. 10, § 2, ordinatio *iuliaca*, cap. 26, *das Trier landrechte* tit. VIII, § II, *das Kur Pfalz land*, recto P. II, tit. 2. Tutores non ne-cessario desiderantur *in der landger. ordn. des herzogth. Franken* part III, tit. 109, § 1. In *confess. mogunt.* § 6 isthich est. Tutorum quidem intentio fit his vero defientibus, propinquorum praesentiam sufficere, lancium est.

b) Probant hoc leges prouinciales quam plurimas, in quarum numero sunt *conf. iuliaca* cap. 76, *conf. me- gaua*, § 6 isthich, *reform. Franconie* P. III tit. 10, § 5, *statutum Friburg anno 1520 promulgatum*, tract. 3, tit. 4, § 9 und nemlich eet die *landgerichtsordnung des herzogth. Franken* P. III, tit. 109, § 1, *reform. Normaniensis lib. V.* P. I, tit. 4. Agnatorum praeten-tia in his terris maxime necessaria est, vbi et bona futura ad vniōnem prolium pertinent. Hi enim optima instructi sunt notitia, de eo, quod liberis aut ex testamento forsan, aut ab interato ab aliis adhuc ad crescere possit.

huic negotio adesse, et securitatem sibi, suisque pupiliis praestare debere c). II) De inventario conficiendo d), reliquisque documentis adquirendis sollicitus sit, index necesse est, ut status bonorum eo facilius inspici, et quantitas patrimonii definiri queat. Et quidquid III) praeferet inventarium ad liquidam reddendam massam, ut loquuntur pragmatici, adhuc pertinet, ea omnia summa cum soletaria et industria a iudice non solum inquirenda sunt, sed et notanda. Neque hoc modo iudicis officium circa hanc rem arduam iam ad finem peruenisse crediderim; requiri ut prae terea IIII) ut et iudex bonorum futurorum quandoque rationem habeat. Hinc non solum inventarium, quippe quod synopsis modo bonorum, rerumque praesentium, appellari potest, sufficit, sed etiam consignationem bonorum, praesertim proxime forsitan obtinentium fieri oportet e). Statu itaque bonorum tum praesentium, tum futurorum rite, legitimeque explorato, et adnotato, iudex iamiam liberis propiciat: ne ex inaequali diuersi patrimonii quantitate iacturam faciant. Hinc computatio rite instituenda est, et hac quidem ratione, ut tum parentum,

c) Tutorum praesertim et propin-
quorum est, omnis aedacutus ex-
aminare, num commodo, an incommo-
do unio prolium esse querat? reform.
Francof. P. III. tit. 107 § 5. Hinc in-
terdum siue illi curare debent, ut et
fancium in reform. Worm. lib. V, P.
5, tit. 4, das Pfuelz, landrechb. P. II,
tit. 25, § 1, siue stipulata manu pro-
mittere tenentur, se credere; hanc
unionem prolium liberis utilitat futu-
ram esse, vidi. Solm. landrechb. P. II,
tit. 20, § 7.


d) Notarii dignum est: in multis le-
gibus prouinciis de inventario

conficiendo altum esse silentium. Iius
necessaria tamen iniungitur in dem
Pfuelz. Inst. P. II, tit. 25, § 1, et
Statuo Fris. tract. III, tit. 4. Causa
tamen existens, ideo inventarium
non necessarium est. Facile enim li-
quet, hoc leges viisque supponere;
sine quo bonorum quantitas intelligi
vix potest.

e) Bona futura per testimonium et
iudicium cognitorum rationibus mu-
nitum determinari debet, recte do-
cet IVST. CLAPROTH in III, ex-
trah. pag. 249.

sum liberorum aetas f.), liberorum numerus, omnes redditus, fructusque, bona futura proxime obuenientia, educationis maiores, minoresue sumptus ante omnia probe considerentur, et ex hisce patrimonii quantitas, quae cuique ex liberis iam obuenit, sive mortuis parentibus futura est, aestimetur. Quae cum ita sint, quis non concedet, difficilem esse iudicis spartam in computando vtriusque partis patrimonio. Licet enia minima patrimonii diuersitas non attendi dicatur, difficile tamen interdum est pro circumstantiis diuersis definire, quaenam sit ea, quae attendi non debeat, inaequalitas. Bonis itaque diuersis rite exploratis, aut ea aequalia, aut inaequalia deprehenduntur. Si prius est: vno prolium simpliciter a iudice confirmanda videatur. Sin posterius, vno prolium non simpliciter, sed secundum proportionem sibi inuicem aequalem, quae vel pacto inter pacientes initio a iudice adprobato, vel ex arbitrio ipsius iudicis definitur, corroborandam putamus, ideoque liberis, qui per vniorem prolium aequali lance ineundam damno adficentur, praecipuum quoddam, quod idiomate germanico in legibus prouincialibus g), der vorau, vocatur, concedendum esse liquet. Neque vero hic silentio praetermittendum est, bona VI), super quibus vno prolium ineunda est, non alia esse posse, nisi de quibus disponere licet. Hinc ea bona, quae alienare permisum non est, ideoque ab vniore prolium exenta conspiciuntur, iudex admittere neque debet, neque poterit, nisi praeuio corum, quorum interest, consensu. Ex

D
his,
ter ehe noch viel, oder wenig kinder
zu hoffen stunden.
g) Conferas modo, si placet, dis
tundage or. in. des berv. Frankens R. III,
tit. 121. § 2, vi et reform franzof l. d.
§ 8; Solm. Landrech. l. c. §§ 1, vi alias
leges prouinciales taceamus.



his, quae dixi, satis iam ostendi posse crediderim, quando iudex officio suo non satisfaciens ad damnum reparandum conueniri queat? Tum quippe, quam I), non omnes, quorum interest, ad negotium rite celebrandum acciuit. Licer enim negotium ipso iure nullum sit, facile tamen euenire posset, vt damnum, si non positivum, priuatuum tamen infligeretur, quod a iudice sive dolo, sive culpa, incuria, et negligentia datum, pars altera resarcire plane non obligatur. Pone nempe, tutores et curatores a iudice non adhibitos fuisse, sed parentes modo, liberosque minores; consentiunt quidem II, qui aetatem legitimam nondum impetrarunt, postea vero, quum ex altero, altero que praedio tantum exsurgat lucrum, commodumque, vt potius eis separatio adraserit, vniuem prolium impugnant, et iure quidem, liberis secundi thori damnum inferunt. Lucrum enim illud insigne cessat, cuius tamen participes fuissent. Cuinam vero damnum imputandum est? Nonne iudici, qui negotium rite et secure ordinare debuisset? Ergo et ille ad damnum resarcendum obligatur. At obiectis forte! iura vigilantibus scripta esse. Parentum fuisset circum rem hanc illud monere. Verum enim vero, quum reipublicae salus postulet, vt negotia secura et legitima conspiciantur, ideoque et a iudice omne damnum manifestum auertendum sit, (§ VIII), hoc detrimentum merito iudici adscribendum est, quum personae hoc negotium suscipientes saepius imperiae iudicis auctoritatem, in qua omnem collocant fiduciam, sequantur. Nec est II) quod iudicem a damno reparando liberemus, quum in confi ciendo inuentario, in comparandis documentis, in adnotanda bonorum, quae ad massam constituendam pertinuerunt, quantitate, vnde status bonorum intelligi poterit, negligentiam commilerit. Quumenim iudex in quantitate patri-

patrimonii perscrutanda ad exactissimam fere diligentiam
atque explorationem obstrictus sit; consequens est, ut
idem, dum eam omittit, potius nimiae credulitati indul-
get, contra officii sui partes impingat, ideoque ex facto
suo illicito ad damnum culpa sua datum reparandum obli-
getur. Haec, quae disputauit, plana esse quisque satis in-
telliget. Verum difficilior inspectio esse solet, in quantum
iudex teneatur, dum bonorum futurorum rationem non
habuit, et inde ex altera, alteraue parte iactura prouenit.
Ego, si quid video, ante omnia distinguo, utrum in ea
provincia, in qua unio prolium constituta est, ea modo ad
bona praesentia h), siue etiam futura trahatur? id, quod
ex variis legibus provincialibus, obseruantiae adparet.
Si ad bona praesentia pertinet, iudex bonorum futurorum
mentionem ne quidem faciens officium suum non egredi-
tur, ideoque damnum nullum fecisse censetur. Sin vero
ad bona futura etiam trahenda est i), facilius iudex officii
sui fines transilire posse palam est. Et primum quidem, si
iudex plane futura bona in computum trahere omisit, ne-
mo ambiget, quin ad damnum inde resultans refarcien-
dum teneatur. Quid vero? si iudex futurorum bonorum
rationem quidem habuerit, nihilominus vero alterum,
alterumue omisit, unde damnum resultauit. Et hoc casu
obueniente distinguendum esse puto, num iudex, debitam
si adhibuisset diligentiam, haec praeuidere potuisset, tan-
quam certa, siue nondum plane certa, num vero plane

D 2 prae-

rebe P. IIII, tit. ultim. Pfälz. landr.
P. II, tit. 25, § 2, et 4, aliaque,
quas omnes enumerare iuri non vacat.

i) Sie in ducatu Franconiae unio
prolium bona futura quoque comple-
titur. Qua de re inspicias, die Land-
ger. ordnung des Herzogth. Franken P.
III, tit. 118.

h) Sic ab unione prolium eximun-
tur bona futura in reformatione franco-
sotaburgi. P. III, § 13, in corp. mo-
gens, in kraft solchet. Quibus actibus
acuungere licet: terras treuurenles, de
quibus testatur das trierische land-
rechte tit. 9, § 5 a de terris Wittenber-
gicas inspicias das Wittenbergische land-

praeuidere nequiterit? si tanquam res certa praeuideri potuit, iudicis quoque fuit, hanc rem debito modo in computum trahere. Ergo dum index hoc non attendens damnum intulit, ego facile existimaterim, eum ad resarcendam iacturam adigi posse, dum damnum, quod auertere debuit amoliri neglexit, (§ VIII); si vero bona quaeradum tanquam plane nondum certa mox obuenientia praedita, iudex haec partibus indicare quidem obstrictus fuit, non vero haec in computum simpliciter trahere debuit, sed videndum est, num, si et haec bona alteri, alterius parti obuenerint, aequalitas bonorum remaneat, an minus? Si prius: hoc adnotet index, et vniōnem prolium sine villa conditione adiecta confirmet; si posterius, iudicis iterum erit liberis ex altero, alterius matrimonio prognatis, ne illi iacturam, damnumque patiantur, propicere, ideoque eis hoc casu obuio in euentum aliquid praecipuis, den voraus, constituere. Hinc intelligitur, iudicem, dum hoc plane negligit, damnum datum ferre debere. Restat, ut videamus, utrum index conueniri queat, si bona futura nullo modo praeuidere potuerit? Hanc quaestionem ut decidamus, monendum est, iudicem hac visione obvia, si modo diligentiam debitam adhiberit, officium suum non violasse, ideoque eum nullo iure ad damnum, quod casu illatum est, reparandum teneri. Quum enim lex quedam prouincialis lansiat, omnia bona, quaecunque sint, tum praesentia, tum futura, ad vniōnem prolium trahenda esse, iudex suo officio satisfecit, dum bona praesentia, et futura, quorum noticiam habere potuit, habuisse, computauit, et vniōnem prolium, perspecta honorum aequalitate confirmauit. Hinc damnum, quod liberis illatum est, potius a lege, quam a iudice datum videtur. Quid vero juris est, si lege prouinciali plane non est

et definitum, num vno prolium bona tantum praesentia, an et futura complectatur? Mea quidem sententia bona solum praesentia, non vero futura, nisi certa iam sint ad vniōnēm prolium trahenda esse videntur. Cum enim de quantitate bonorum saltem verosimiliter constare debeat, antequā in computationem patrimonium referri queat; quis non conceder, nullam statui posse quantitatem, quum futura admodum incerta saepius esse soleant. Iam vero certa bonorum quantitas constituit fundamentū vniōnis prolium, sine qua iniiri plane nequit. Ex ea enim patrimonii diuersi qualitas et conditio dimerienda est. Quae quum ita sint, facile liquet: iudicem, dum bonorum futurorum mentionem non iniecit, neque eorum rationem habuit, dāminūm inferre noluisse, neque potuisse; lege enim silente de bonis futuris, ad ipsam vniōnis prolium indolem ei configendū est, ideoque eum conueniri plane non posse. Consiliū tamen esse censeo: vt iudex bona futura ad vniōnēm non pertinere in ipso instrumento notet, nisi forte liberi maiores etiam bona futura sub vniōne prolium intelligenda esse ipsimet statuant k). Num vero et tutores ratione minorum bona futura ad vniōnēm prolium trahere queant? ego valde dubio. Tutor enim in id modo consentire tenetur, quo pupilli utilitas, commodumque promouetur. Quis vero dixerit? hoc modo pupilli commodo prospici. Facile profecto euenire posset, vt lucrum insigne pupillo adcresceret, quod si cum liberis alterius thorū cōmunicandum foret, dāminūm eis infligeretur. Iudex icaque, consentiente licet tute, bona futura ad vniōnēm prolium trahere prohibetur. Satis III) liquere, neque pro-

D 3 batio.

k) Ita quoque canum legimus in
dem Württembergischen Landr. P. IIII,
dt. vitum. verbis: aber ihre künftige
Wafelie von ihren blutverwandten und
freunden sollen ihnen einig beworblein,
es woltens dann diejenigen von
denen sie solcher aufzelle gevvarathg;
selber ausdrückenslich anders cet.

batione indigere puto, iudicem ad damnum reparandum obligari, quum patrimonium utrumque admodum inaequale reperitur, et iudex simpliciter sine villa praecipui designatione, et determinatione vniōnem prolium confirmauerit. Quotus quisque enim in dubium vocabit, hoc casu iudicem damaum dedisse. Nec est, quod obiicias: hoc casu forte restituionem in integrum peri posse! Haec enim legibus provincialibus, ut in ducatu Franconia¹⁾, et terris treuirenſibus²⁾, interdum denegatur. Et secundo non hic disputo, num restitutio in integrum decerni queat, sed an iudex conueniri possit? Neque est, ut hic anxię discutiamus, an iudex conueniri queat, si bonorum de quibus alteri, alterius parti libere disponere non licuit, ab eo admissa fuerit alienatio. Quum enim iudicis sit, omni modo prospicere, ne liberi damnum, ne quidem, quod later, incurrit; sequitur, eum, ut negotium rite, legitimeque ordinetur, ea quoque bona, de quibus libera cuique non est dispositio, eam permittere non debere. Ideoque eam si concessit, damnumque dedit, ad illud reparandum eum obstrictum esse non est dubium. Quidam admodum vero iudicis est, omnia in rei gestae memoriam consignare; ita et vniōne prolium confirmata ea in libris publicis ab eo adnotanda est, unde postea, si forte alteri, alterius parti probatio deficeret, ea depromi potest, hoc non est, quod argumentis demonstremus n).

S XVI

6) CONFIRMATIO CONTRACTVVM ET NEGOTIORVM RV-
STICORVM.

Ex hisce, quae iam memoraui, exemplis, arduum
iudicis

1) conf die landg. ordn. des herzog-
2) Franken P. III, tit. 3, § 2.
m) das erzher. Landrecht tit. 9, §§ 9.
n) Vniones prolium specialibus li-
bris publicis inferendas esse iubet die

landg. ordn. des herzogsh. Franken P.
III, tit. 114, § 4, die furtsh. feld-
ordn. N. III, § 9, reform. franzos.
P. III, tit. 10, § 10, et const. megunt.
§ befinden aber, circa finem,

iudicis munus haud difficulter intelligitur. Optarem, ut tempus mihi superesset, quo iudicis officium in omnibus contractibus, pactis, aliisque negotiis eius auctoritatem desiderantibus demonstrare mihi liceret; sed temporis breuitas, quin imo ipsa instituti ratio, ex amplissimo et amoenaissimo hoc campo me ad finem ire iubet. Antequam tamen hic pedem hgo, confirmationem contractuum, reliquorumque negotiorum a rusticis initorum a iudice peragendam hic sub incudem vocare, vel ea ex causa me non pigebit, quo frequentiores sunt de iudice his in negotiis officium suum violante querelae. Et primum quidem inter omnes constat, rusticos negotiorum ciuilium plerumque ignaros esse, hinc eos in contractibus maioris momenti non solum facile decipi, sed et grauissimis litibus implicari posse, quod iuribus tum ipsius principis, tum dominorum dannum, incommodeumque saepius adferre solet. Quae quom ita sint iudicis est; I) securitati, et conseruacioni rusticorum prospicere. Vnde sponte sua sequitur: iudicem praevidere debere, ne rusticci in inopia incident, neque in damnum graue saltem incurvant. Hinc ne impares oneribus ferendis, arque agriculturae euadant, omnia eorum negotia obligatoria iudici adcuratius pendenda, non modo incumbunt, sed et si conseruationi rusticorum contrariantur, ea reprobare tenetur. Sic, vt exemplis utar, iudex rusticorum dotes, et donationes proprias nuptias haud modicas, vidualitiae vxoribus immodice constituta ex officio reicere debet, et potest, si leges ea determinant. Praeterea iudex prohibere valet, quo minus rusticus ex aemulatione ipsi nocina alterius emtionem infringat. Ut alii iam exemplis parcamus, illud adhuc addere liceat, iudicem praecipere posse, ne vesusfructus, sustentatio corporis, quae die leibzucht vocatur, nimia sit, vt

et as-

et assignationes factae successive fratribus praestentur. II) Iudicis est, contractus rite ordinare, ne ex eorum vitio controvrsiae nascantur. Hinc in omnibus contractibus, quos enarrare iam non vacat, insignis laesio a rusticis summa cum solertia auertenda est. Vnde contractuum praelctione, explicatione, sive ut vulgo vocatur, certioratione et omnium eorum, quae scitu necessaria sunt, enarratione praemissa videat iudex necesse est, num statui rusticorum consentanea, an minus congrua sit conuentio? III) Iudex iura principis, dominique sarta testaque seruare debet. Hinc aut inhibito, aut denuntiatio tum principi, tum domino facienda est, q[uod]a, ut quid moliantur ruricola, princeps, dominusque non ignorent, iis de conservazione iurium sollicitis iura sua tueri liceat. Et profecto hic tot sane visiones, ut vocant, obuenire possunt, quas enarrare vix in ullius potestate esse videntur. Neque ego has hoc loco recensere volo, sed sufficiat, haec generatim indicasse. Restat id modo, vt, quando iudex in his quoque negotiis conueniri queat, dispicamus. Licet vero hac in res singularum protinclarum constitutio inspicie- dae sint, illud tamen certissimum est, iudicem o) ad damnatum rusticis, aliisque reparandum obligari, quod eis male agendo dedit. Ex his igitur colligendum erit: actionem in subsidium aduersus magistratus, senatus, iudices, notarios, scribasque publicos tum singulis, tum piis corporibus dari, ob damnum dolo, culpaue illis datum, ad illud resarcendum, quod etiam ad eas visiones extendendum est, si iudex nullam, aut non idoneam cautionem exigit, aut solemn-

o) Quis itaque mirabitur leges illas
provinciales sublberimas sane, qui-
bia cauram, sanctumque legimus, ut
contractus a rusticis ineundos maioris
momenti, iudicie conueni, interve-
niente celebrerentur, its quidem, ut
actio ex contractu, iudicis autoritate
non firmata, plane devengetur. Sic iu-
re Luneburgico contractus eorum, qui
ruri degunt, confirmatione judiciali
indigere testatur FRID. ESAIAS
PVERENDORF de iurisdictione ger-
manica p. 90, § 64.

tates omisit, itemque in conficiendis instrumentis peccauit,
et quae sunt reliqua p.).

§ XVII

7) TESTAMENTI FACTIO IUDICIALIS.

Iam his missis, visionem quandam hic addere adhuc licet. Notissimum est: testamenta et hodie interdum coram iudice fieri, tum praelertim, quum testator morbo affectus testamentum secundum solemnitates iuris romani vel ideo confidere detrectat, ne inter plures forsitan hasce ambages e vita exeat, et testamentum hoc modo interruptum valore suo destituatur. Solius itaque iudicis auctoritate confidens iudicem rogat, ut citra moram compareat, suamque voluntatem ultimam audiat, eamque publica auctoritate sustineat. Aegrotus heredis nomen adstante cuidam indicat. Iudex autem moras necit. Diu frustra a testatore exspectatur. Interim testator vitam cum morte commutauit. Quaeritur hoc loco, vtrum denominatus heres contra iudicem actionem instituere queat, ad damnum illud resarcendum. Ego, si quid video, et nisi me omnia fallunt, huius quaestitionis decisionem ex principiis generalioribus, quae § VIII posui, petendam esse reor. Sufficit: iudicem officii sui partes violasse, atque ei, cui hereditatem dicauerat testator, damnum priuatum intulisse, quod sane non perperius fuisset, si iudex statim comparuisset. Hac visione praemissa, regulas quasdam, quibus officium iudicis circumscribitur, in testamenti factione judiciali, hic exquirere iuvat. I) iudicis est voluntatem testatoris ultimam consignare, ita quidem, ut singula eius capita distincte et perpicue possint intelligi. Cum enim cuiusvis testatoris intersit, ut ultima voluntas rite explicari queat, iudicis officium utique requirit, omnia accurate et legitimate peragere atque adnotare. Hinc II) si quaedam capita dubia videntur, iudex testatoris mentem, voluntatem

E

tatem-

p) WOLFG. ADAM SCHOEPPF in cons. XXVIII, num. 29 seqq. vol.
VIII cons. Tab.



tatemque genuinam solerter explorare tenetur, ideoque et III) fiat necesse est testamenti praelectio q), qua facta, testatoris seria voluntas conspicitur. In ipso autem testandi actu IV) prospiciat iudex, ne contra vnitatem contextus quid fiat. Cum enim testatoris intersit, ut ultima voluntas exitum habeat, rustici vero, aliaeque personae imperitae nihil obstat fortassis arbitrentur, quin in ipso testandi actu contractus, aliud negotium utilitatem adferens cum aliis celebrari queat, iudicis est, haec testatori demonstrare, ne testamentum postea nullum declaretur. V) Neque a iudice quid circa legitimam certis personis debitam obtineat, personis iuriū plane ignaris reticendum esse ex eisdem liquet principiis. Non vero ipse iudex iniqua suggerat necesse est, neque testatorem rogare, aut importunis sollicitationibus adire debet, ut heredem scriptum deleat, aliumque instituat, aut legatario, in quem aliquid conferre voluit testator, iterum legatum adimat. Quibus praestructis, facile intelligitur, iudicem conueniri posse, si alterum alterumue dolo, culpae committat, aut omittat, quo testamentum iure sive impugnari possit, sive damnum saltem alicui infligatur, id, quod in codice fridericiano scite est constitutum, et de notariis publicis in lege imperii anno cīclōxii promulgata sanctum est r).

S XVIII

TVM IN ACTIBVS CONTENTIOSAE IVRISDICTIONIS.

Quae hactenus diximus, ad iurisdictionem tantum voluntariam spectant. Superest adhuc, ut paucis iudicis officium, eiusque limites circa actus iurisdictionis contentiosae contemplemur. Et recte iam quidem obseruavit STRYKVS s): praecipuum iudicis officium consistere in iustitiae administratione. Vnde iam sure romano cautum fuit, iudicem vel ex dolo, vel ex imperitia et negligentia male iudican-

9) IVST. HENN. BOEHMER
de testim. non praelecto, Hal. 1699,
infra eiusd. exercit ad x. p. 899 seqq.
r) WOLFG. ADAM SCHUEPFF

tem
in cons. 28, num. 29 seq. vol. VIII
cons. Tub. et in decis. 254.
in diff. de præsumptione pro
magistrat. cap. II, §. I.

tem t.) conueniri posse. Et priori quidem in easu simpliciter ad omne damnum u); in posteriori vero ad id, quod partis laesae interfuit, et praeterea aequum visum est v), iudex condemnatus fuit. Quamquam vero huius actionis, quam syndicatus vocat, vium rariorem esse statuant pragmatici w), partim, quod difficilis videatur malitiae, imperitiae et negligentiae probatio x), partim, quod remedii suspensius eiusmodi sententiae corrigendae sint; nemo tamen negabit, iudicem ad damnum saltem inde resultans, quod aliter reparari nequit, obstringi. Quod ut exemplo illustrem, pone, quaefo, iudicem reum absoluere obstricatum, prouocat actor ad iudicium superius, quod reum condemnat, ita tamen, ut expensae inter se compensentur, ex ea quidem ratione, quoniam reus iam sententiam prioris instantiae absoluente allegavit, at iudex inferior ex maligno proposito, siue imperita reum iudicio liberavit. Quid magis hoc casu obueniente aequitati naturali conuenit, quam quod iudex facti lui illiciti poenam luat. damnumque resarciat? Sicut igitur iudicis officium postulat, ut in actibus iurisdictionis contentiosae, ad quam pertinent actiones, citationes, probationis iniunctiones, sententiae, aliaque, index

E 2 rite

a) iudex male iudicans listem suam perficie dicitur. Quod eleganter ex THEOPHILI parabrah L. IIII, tit. V, docuit vir post fata celebrerimus CHRIST. HEINR. ECKHARD in vermenio, pars § 299, p. 239, item, sit vir doctissimus, in se ipsum conuertitus, hoc est aestimatione se obstringens, vel quamvis reuera est ea res, de qua agitur, vel quamvis iudex arbitratus fuerit, confutis etiam viri illustris GEORG. LVD. BOEHMER commentationem de remedio syndicatus aduersus sententias camerac imperiorum per elegantem cap. I, § X, C. I. REIZII excusa, XIII ad Theophilus paragr. de act. subsid, aduersus magistratum, in edit.

Theoph. Hsg. Com. 1751, 4, p. 1199 seqq.

u) L. 16 π de iudic.

v) L. 6 ff. de extraord. cogn.

w) Remedium syndicatu contra aesclopes camerae Imperij male iudicantes institui posse, permitit quidem ord. cam. 1555, P. III, tit. ff, § 10, huius tamen remedii vium in praxi rariorem esse testatur vir illustr. IO. STEPH. PUTTER in iure publico § 497, CHRISTIAN. THOMASIS disp. de visu pract. actioni aduersus iudicem imperie iudicantem, Hal. magdeb. 1714. 4, § XVIII seq. p. 45 seqq.

x) de WERNHER P. VIII, obs. 369.

rite et legitimate procedat, ita, et nullum est dubium, iudicem de damno respondere debere, si contra legitimum iuris ordinem processit y). Sic quando sententia citra villam causae cognitionem fertur, aut sententiae latio praeter necessitatem differtur, aut sine villa actoris probatione reus condemnatur, et damnum infertur, iudex ipse soluat in esse est.

§ XVIII.
QVO PERTINET ARRESTVM PROROGANDAE IURISDICTIONIS
CAVSSA.

Ad iurisdictionem contentiofam quoque pertinente arresta iurisdictionis prorogandae causa a iudice decernenda. In quois vero arresto siue illud rei seruanda causa, siue propter prorogationem iurisdictionis decernatur, iudex causas legitimas eius, qui arrestum imperare intendit, inspicere tenetur, licet ego non negauerim: iudicem, si periculum in mora est, arrestum periculo imperantibus ex probabili causa in medium prolata concedere posse. Hinc si iudex legitimas causas esse, ob quas arrestum decerni queat, cognouerit, illud statim sine villa mora indulgere obstrictus est; praesertim, si iurisdicatio proroganda est, iudicis est: subiectis suis non modo prospicere, sed et iurisdictionem suam tueri. Quae dum aequo animo ponderamus, omnes spero, concedent, iudicem ad damnum reparandum obligari, si imploratus, arrestum non decreuit, et alter fugam capessuit, cuius notitia non habetur, saltem vix conueniri valet. Quum enim iudicis sit, omne damnum manifestum auertere (§ VIII), multo minus inferre (§ VIII), ex facto suo de damno illato utique respondere tenetur.

§ XX.

y) IO. GOTTFR. SCHAVMBVRG in compend. sur. dig. lib. 50, tit. 23, § 2.

S XX

**ADNOTATIO LITIVM COMPOSITARVM ET DECISARVM IN
PROTOCOLO REQVIRITVR.**

Ex iurisdictione contentiosa porro fluere videtur, iudicis esse, ut protocolo inserat lites decisas, vel transactione publica sopia. Quemadmodum enim iudicis officium generatim postulat, ut lites, non solum sententia finiantur, sed etiam omni modo controversias futuris obex ponatur, ita huic officio praesertim contrariari liquet, si lites in iudicio disceptatae et sententia, siue transactione terminatae in libris publicis non notatae nouas pariant controversias. Iam vero quum ex libris publicis litium sublatarum probatio desumenda sit; quis non videt: iudicii damnum ex omissa litium in libris publicis notatione ortum imputandum esse? Pone enim iudicem hbro publico hanc, illamue litem decisam, siue transactione sublatam non inferuisse. Litem sopianam esse, negat litigantium alter, alter adfirmat. Hinc deficit probatio huius rei, suboritur lis noua, expensae, litis sumptus profluunt inde, adparet postea, litem fuisse finitam, id, quod a iudice in protocolo non fuit notatum. Hac specie obvia, iudex facto suo damnum dedit, quod et eum ferre debere satis inculcat naturalis aequitas.

S XXI

**QVA ACTIONE CONTRA IUDICEM EXPERIVNDVM SIT
OSTENDITVR.**

Neque dubium esse reor: iudicem ad damnum reparandum obligari, si contra leges positivas quidquam suscepit. Iudex enim non arbiter legum, sed minister vocatur.

At

2.) Sie in terris Neowidanis prohibitum est: ne subdite patrum deferenti, homini praefertim proprio, patrimonium tradicatur: sed filio illud cedere debet. Corfer, die am 5 iunii 1752 verba, und d.a. 1. septemb. 1763 urauerte berichtigt. Neurovidische vor-

ordnung. Quid igitur agendum erit. si iudex patrimonium nihilominus tradidierit? Eum ad tentum, quantum patrimonium fuit, siccio reddendum obstrictum esse certissimum est. Sic constat inter omnes: feminas ita Velkiani certiores reddendas esse, eique regum-

At nolo iam esse longior. Sufficiat his exemplis ostendisse: quando iudex conueniri queat? Superest modo, ut, quan-
nam actione laesus contra iudicem experiri possit, dispicia-
mus. Et recte iam pridem docuit HENRICVS HILDEBRAND a),
actionem in factum commode institui posse, quae datur lae-
so contra iudicem, eiusque heredes b), ad damnum resar-
ciendum, hinc non modo ad sortem ipsam, sed et vias c),
et id, quod interest, restituendum.

PRAENOBILISSIMO CANDIDATO

S. D. P.

P R A E S E S.

Bene, VIR PRAENOBILISSIME, TIBI consulis, qui triennio, et
quod excurrit, in hac musarum sede peracto, tua in publi-
cum profers studia, et patriae aequae a plurimum reverendo patri
temporis consumti reddis ratione s. Disputatio a te elaborata
nihil continet, quod mihi vindicare aut possum, aut velim; interea
laudo tuos conatus, et gratulor tibi egregium hocce diligentiae
specimen et studiorum academicorum curriculum feliciter con-
summatum, hodieque te in arenam rogatus publice deducens
gaudio maximo perfundor. Deus optimus maximus in poste-
rum tibi successus ultra vota prosperos benignissime largiatur.
Te semper solitatem, incolumentque servet, et queuis, faute ac
prospere tibi contingant. Vale mihique faue. Dabam Marbur-
gi Cattorum die VIII mensis Iunii, A. R. S. clxcccclxx.

renunciare debere. At a iudice, prout
ego novi, factum est, vt, dum miles
veniam domum veniendi postulauit,
quam non aliter, ac pro certa cautione
impetrare potuit, satis dedit vxor, be-
neficiorum autem a iudice non certior
redita fuit. Orta inde lite, femina a
cautione plane liberata fuit. Quaseri-
tur: num iudex, cuius negligenter
cautio non idonea constituta fuit, ad
eam pecunias summanas, quae cautionis
loco data fuit, solvendam tenetur?
Quod ego plane non negauerim.

a) diss. cit. cap II, § 20, SCHOEPPF
in cons. XXVIII, vol. VIII cons.
Tab., DAN. SCHEINEMANN de

act. subsid. aduersus magistrat. Tab.
1663, 4, HENR. ANT. STORRE
de actione contra magistratum, vel iu-
dicem inst. Altg. 1708, 4.

b) VLR. THOM. LAVIERBACH
in coll. theor. practic. Lib. XXVII, m.
VIII, § 8, 9, et vici perillustris IQ.
VLR. L. B. de CRAMER obs. vol.
III, obs. 822, p. 207, seq. FRID.
ESAIAS de PFENDORF de culpa
P. III, cap II, § 47, seq. p. 337, seq.
P. V, cap III, § 20, p. 314, P. VII,
cap II, p. 356, seq.

c) L. 137, pr. de reg. iur., HENR.
HILDEBRAND l. d. cap. I, § 8,
cap. II, § 11, seq. § 20.

Marburg, Diss., 1769-70

ULB Halle
005 359 856

3



9.24 num. 29. 127

17705.

12

DISPVATATIO SOLLEMNIS IVRIDICA
DE
MAGISTRATV ET IVDICE
AD DAMNVM DOLO CVLPAVE
DATVM RESARCIENDVM OBSTRICTO

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPPE
ET DOMINO
DOMINO FRIDERICO II
HASSORVM LANDGRAVIO REGN. RELIQA
ILLVSTRI IVRECONSUL TORVM ORDINE CONSENTIENTE
PRAESIDE
D. IO. ANDREA HOFMANNO
ANTECESSORE IVRIS P. O.
ET
H. T. EIVSDEM ORDINIS DECANO
FAVTORE PIE COLEND
PRO
LICENTIA
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA CONSEQUENDI
SUBMITTET
DIE XIII MENSIS IUNII 1515CCLXX
AVCTOR
CAROLVS GUILIELMVS PROLLIVS
HOFGEISMARIA HASSVS.

MARBVRGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

